

Band IV., Nr. 982, Seite 32

Bischof Heinrich von Konstanz verpflichtet sich, das Kloster Marchtal zum Entgelt dafür, dass dasselbe die Klostersvogtei dem Grafen Wilhelm von Tübingen und seinen Söhnen abkauft und der Kirche in Konstanz überlassen, jedwede, diesem Kloster mit Patronatrecht übertragene Kirche besitzen und geniessen zu lassen, sowie auch diese Vogtei niemals zu veräußern.

Konstanz, 1241. Juli 21.

H., dei gracia Constantiensis episcopus, dilectis universis, ad quos presentes pervenerint, salutem et noticiam subscriptorum. Quia Walterus prepositus et conventus Martellensis¹ monasterii fidelitatis signa laudabilia nobis et nostre ecclesie Constantiensi demonstraverunt, advocaciam sui monasterii nobis voluntarie subiciendo et per summam ducentarum marcarum argenti a comite Willehelmo, R. et Vlrico, filiis suis, advocaciam eandem cum omni iure in ecclesie nostre dominium transfundendo, nos communicato consilio capituli nostri et consensu omnium accepto, volentes eandem devocionis fidelitatem aliqua speciali gracia remunerare, bona prehabita deliberacione, eidem Wal(tero) preposito dicti monasterii, et omnibus suis successoribus totique capitulo ibidem, tam presentibus quam futuris, concedimus et concessisse et donasse presentibus protestamur, ut, si unquam aliquod ius patronatus mediante peccunia vel fidelium devocione ipsi monasterio fuerit oblatum, licitum sit eis recipere et possidere et eiusdem ecclesie fructus et proventus universos cum omni iure sue mense indigencie deservire, salvo in omnibus iure ecclesie cathedralis. Et ut unum vel duos de fratribus suis eidem ecclesie preficiant vel presbiterum secularem bone vite, concedimus ex gracia speciali, sicut eis visum fuerit expedire. Insuper presentibus profiteamur, nos dictam advocaciam prenominati monasterii non debere vel posse obligare vel qualicumque modo alienare a nostra ecclesia, quod et impossibile est omnibus nostris successoribus, precipue, cum dictum monasterium pretactam peccuniam ducentarum marcarum dictis comitibus persolverit totaliter sine nobis. In huius rei testimonium presens instrumentum nostris sigillis, nostro videlicet et nostri capituli universalis, roboratum predicto monasterio porrigimus in evidenciam et memoriam premissorum.

Datum Constantie, anno domini M^o. CC^o. quadragesimo primo, XII^o. kalendas Augusti, indictione XIII^o^a.

¹Obermarchtal.



Der Textabdruck folgt dem Original.

An Pergamentstreifen hängen zwei in Säckchen eingenähte Siegel.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

Fürst Thurn und Taxis Zentralarchiv in Regensburg

Signatur/Titel des Originals:

Klosterurkunden Marchtal Nr. 20

Überlieferung und Textkritik:

Papierabschrift, 18. Jahrhundert: HStA Stuttgart B 475 U 32. Ferner Abschrift auf Papier, 18. Jahrhundert, im StA Sigmaringen: Dep. 30/12 T 1 Nr. 2144.

Regesten:

Urkunden Obermarchtal, S. 59, Nr. 31.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Konstanz

Aussteller:

Heinrich; Bischof von Konstanz (1233-1248)

Ortsindex:

Konstanz Wohnplatz (14442)

Konstanz, KN

Obermarchtal Wohnplatz (16905)

Obermarchtal, UL

Tübingen Wohnplatz (16214)

Tübingen, TÜ